Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Reden und Arbeiten der Societas Latina - Cod. Karlsruhe 3420, 1-4

49 Vorträge in wörtlicher, meist eigenhändiger Wiedergabe - Cod. Karlsruhe 3420,1

Sonntag, Karl Gottlob

[Karlsruhe], 1772-1776

[Materus, C. M.]: Felices eos esse, qui amicoa sibi conciliam demonstravit, d. 2 Julii 1774

urn:nbn:de:bsz:31-99825

Visual Library

Felices eos esse, qui
amicos sibi conciliant,
demonstravit

Chr. Malerius.

d. 2. Julii 1774. — 2268.02

Ea est AVDITORES CONDECORATISSIMI!

naturæ, providæ rerum creatarum parentis lex atque conditio, ut quævis ~~ex~~ in universo terrarum orbe arctissimo vinculo conjuncta, ac nexibus quibusdam arcanis per innumeros annorum lapsus devincta existant. Est enim numen supremum, cujus nutu immensa rerum varietas exorta est, cujusque sapientiâ quævis ipsius partes ad unum tendunt, ad felicitatem hominum, & ad gloriam DEI longe lateque illustrandam. Quodsi miros istos, quos natura sapienter moderata est, consensus investigare exitimus, terram coelesti igne calescentem, variisque humorum generibus irrigatam, coelum solis orbe, cæterisque siderum facibus ornatum cernimus, illinc immensus plantarum herbarumve numerus producitur, unde animantia vitales spiritus ducant, ex hoc nunc pulchræ & foe-

unde vicissitudines procreantur, nunc æstivi vapores revolvuntur, nunc hiemis gignun, tur pruina, nunc inter se ventorum prælia cientur, corrusca fulmina vibrantur, ac rursus sedatis omnibus serena lætitia mundo restau, ratur. Spectamus inde terram viridantibus comis cæsariatam, aquarum agmina conser, vantem, terrestres fœtus educantem, & homi, ni olerique, de necessariis ad victum & vale, tudinem alimentis prospicientem. Equid di, cam de nexibus, quibusdam arcanis quos reli, quæ vita carentia inter se habeat, quæ dam colligationibus, quibus animantia ratione de, stituta, vinciuntur, cum & in omni hominum genere amicitias, & conjunctiones quasdam mirandi providentia, quas quisque mortalium bonis con, siliis, mutuo amore, studiis, atque officiis sin, ceras servare obstrictus est. Est lamentan,

Ita quorundam hominum perversitas, ut
quam iam tantum in rem laborant, quum
sibi ipsis prospiciunt, praterea neminem, quum
nullos complectuntur amore, sed damno priùs
aliorum oculos pascunt ac animum, egregiùm
illum inter mortales nexum temere dissolvere
quarunt, quocirca adverso fortunæ vento jacta,
li, gratia principum privati, liberis orbati
atque parentibus, amissa denique boni nomi-
nis existimatione, nulla doloris fomenta, nulla
luctus solatia, nulla mœroris levamina ex ami-
corum colloquio haurire quarunt, quum illos
interea, qui mutuo fovere amore complexi sunt.
prospera semper fortuna ac jucunda felicitas
recreat. Atque horum felicitatem Auditores!
ostendere eo conabor, quod Dei consilio conve-
nienter vivunt, ac plurimis præ iis, qui solita,
viam vitam degunt, bonis fruantur.

1ma Pars.

Si quid est AVDITORES! quod hominem faustum beatumque reddere possit. est sane praeclara illa animi tranquillitas, qua animus ab omnibus externis in se revocatur, in sinu suo gaudet, quantum potest ab aliis recedit, damna non sentit, ac mortis ipsius terrores contemnit. Omnis vero reliquae & praesumtae felicitatis tanta est tenuitas, tanta fortunae illius inconstantia, ut sine animi tranquillitate, quae in opum abundantia demissos, in egestate contentos efficit, ne felicitatis quidem nomen mereatur. Sed unde coeleste hoc donum sumendum est? Non aliunde sane, quam ex eo, ut benevolam DEI voluntatem, cui quisque mortalium satisfacere à natura tenetur, expleamus. Quemadmodum enim civis ~~in quem humor illapsus est~~ sine terrae domino rem facere nullam potest, ita nec nos coelestis istius domini cives, nisi divinae ipsius voluntati morem ge-

efficere quidquam valemus. Omnia huic debemus, quod incedimus, quod spiramus, quod vivimus ab ipso devenit; ab hoc fluunt causae, per quas salus nostra fulcitur, per quas in aeternum beati possumus reddi. Primarius divinae voluntatis, ejusdemque amoris terminus est, ut quivis ab homine absint mala, ut quisque alterum beneficiis cumulet, bonisque laetetur; qui vero fieri potest, ut, qui detrimentum alii infert, qui damnum infligit, aliisque pericula moliatur, atque insidias, huic scopo vivat conveniens? Nemini fini isti satisfacere, nisi vita integra sceleribusque purum hominem censeo, qui ad honestatem benevolentiam, gravitatem, animi magnitudinem, ad omnes denique virtutes procreatum se esse ostendit. Abhorret ille ab eo, quod aspectum turpitudine ladit, quod animam offensione quadam perculit, conjungit virtuti modestiam, benevolentiae liberalitatem permiscet. Emicat in magnitudine

illius demissio, in gravitate comitas, mo-
rumqs facilitas; prelucet frontis amoe-
nitas, atque ultronea beneficia, hilari ani-
mo, vultuqs porrigit sine teste calamitate pres-
sis. Obesse nemini, benefacere omnibus, libe-
ralem e suo, parcum esse ex alieno, nullius
unquam aestimationi quidquam derogare, com-
missa silentio premere, laudanda etiam in ho-
ste praedicare, nullo non tempore contendit.

Hisce virtutibus homo ornatus confor-
mem consilio Dei vitam degit, his quos-
que mortalium sibi conciliat, his amicos
sibi adjungit, his adamantina amicitiae vin-
cula conglutinat.

Pars IIda.

Equidem ex omnibus virtutis praemiis, si ha-
benda ratio praemiorum est, amplissimum esse

amicitiam arbitror. Hac una est, quo vita
brevitatem consolatur, qua efficit, ut rebus
secundis multiplicato gaudio perfruamur,
ut in adversis opem atqs solatium adipiscamur, ut in toto denique vitae nostrae curriculo
amplissima quaeqs emolumenta percipiamus.
Dulcis est inde vita amico consociata, morbo-
rum omnium dolorumqs levamen est verus ami-
cus, quo uno amara dulcescunt, mollescunt
aspera, prosperantur adversa; sic curantur lacru-
mae, & mors ipsa in sinu amici vita potius, quam
mors est habenda. Amicitia virtute conjuncta
reficit temporum injurias, nec rerum vicissitu-
dini, nec casibus fortuitis subjacet. Quid dulci-
us est, quam habere, quicum sic loqui audeamus,
ut nobiscum! Quis esset tantus fructus pro-
speris rebus, nisi amicum, qui illis aeque ac

nos gaudere, haberemus. Quodsi exopta-
ta fruimur prosperitate, amici nobis con-
gratulantur, si in opum ac Divitiarum
affluentia vivimus, nobiscum lætamur, si
attollimur ad honorum fastigia, nos vene-
rantur, si negotiis implicati, laboribus di-
stricti ac molestiis occupati teremur auxi-
liatrices nobis porrigunt manus, ac neces-
saria præstant auxilia. Est amicitia, quæ
efficit, ut alterius crudelitatem, direptiones
urbium, agrorumque vastationes æquo animo
sustinere valeamus. Hæc consilii nos ins-
pes, consiliis juvat atque prudentia, hæc pa-
rentibus, liberisve orbatos consolatur, hæc
famam, nominisque existimationem, scelesta
obtrectatione corruptam, defendere semper
contendit, quocirca nec cum morte quidem

amicitia deponitur, nam & qui superest, amici memoriam colit eo validius, quo damnum ex morte amici sortius sensit, atque defuncti animo impressas. morte vero amissas virtutes dolet. Satis hinc apparet, quid possit amor; sunt enim nullo vel ad fortunam res fluentes, vel etiam opes, quo sine amicorum officiis consistunt. Constat hinc, quosnam utilitatis fructus prebeat amor, nichil enim in adversis fructuosius reperitur, quam habere, in quorum sinum curas nostras, atque arumnas effundamus, quique prodesse nobis cum solatio, tum auxilio queant. Quid est igitur, quod non audeat amor, opes quascunque desint pro amico amicus, dignitatibus exui, honoreque privari, ut amico bene sit, gloriae ducit, gaudet fraudari suis, si per hoc prodesse amico

potest,

Lætus hauriet venenum, ferroqꝫ incumbet, ut tueatur amicum, lætus abijciet vitā, ut longiore vita vivat amicus. Sunt vero omnia hæc amicitiæ bona, quæ supra hominis sortem nos extollunt divi Creatoris donum suavissimum, pro quibus, si DEO nullas, quas tamen debemus, gratias agimus, ingrati, atque beneficiorum imemoris animi indicium est.

Vos ergo appello, qui quum vitam fini Dei congruam agitis, quum mites vos erga cæteros, lenes erga alios præbetis, quum aliorum ineptias, atque injurias æquo animo sustinetis, amicos vobis parare operam datis, ut memoriam hujus beneficii nunquam effugere sinatis, & ut supremo in coelis numini, quod præstantem hanc vitæ

consociationem instituit, immortales semper habeatis grates.

Vos obsecro quibus fortuna veros largita amicos est, ut ad optimum finem amicitias adhibeatis, ut ne blanda suasione, non voluptatum illecebris, non divitiarum splendore, non honorum praestantia, non metu ad quaevis nefaria suscipienda amicos unquam commoveatis. Vivite igitur, & ita vivite, ut aliorum consortio indigni nunquam existi, memini —.